



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**VRBIS|| HIEROSOLIMÆ|| QVEMADMODVM EA CHRISTI||  
tempore floruit, & suburbanorum eius brevis.||  
descriptio.||**

**Adrichem, Christiaan van  
Coloniae Agrippinae, 1585**

**VD16 A 298**

Loci Montis Sion.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64394)

## MONS SION.

45

qui detraxit ab istis munimentis Iudæos. Nam quæ hominum manus, aut quæ machine aduersus istas valerent? multaque eiusmodi cum amicis collocutus est.

Ceterum postea mons iste vrbe licet exclusus, iterum edificijs ornatus, & inhabitatus fuit. Nunc autem extra urbem eorum ruinis plenus, pro maiori parte incultus iacet.

## LOCI MONTIS

Sion.

3.

**A**RX SION, antiqua & munita, in vertice montis Sion condita, & instar coronæ eum cingens, tutum erat **PRAESIDIUM** pro decore & defensione ciuitatis & templi: ac quasi tantæ urbis Capitolium. In hac prius habitauerunt Iebusæi. Quos David 4. Re. 13. b. eiciens

H

2. Reg. 5. b. eijciens, arcem occupauit, & accipi-  
 7. a. 11. a. b. ens, ab Hiram rege Tyri lapides, li-  
 3. Reg. 1. e. gna, & artifices, ædificauit ex ea fir-  
 1. Paral. 11. b. mum sibi PALATIVM, & domũ  
 17. a. cedrinam, ac Solium Regium. In qua  
 quidem arce deinceps ipse Dauid, alij-  
 que Reges Iuda habitauerunt, ac ea  
 pro regni sede vsi sunt. Ideoque arcta  
 militum custodia assiduè seruabatur  
 & passim vocata fuit Arx, Regia, &  
 Iosep. 6. bell. 6. Domus Dauid; aliàs Sedes, Solium, &  
 Ierem. 17. d. Thronus Dauid; item Aula, & Do-  
 Luc. 1. c. mus Regis, & cæt. In hac arce crudelif-  
 Aristæas lib. simus tyrannorum Antiochus Syrie  
 de 72. inter. rex, qui Græco vocabulo ἐπιφανὺς.  
 1. Mac. 1. d. id est, Illustris dictus, potius ἐπιγανὺς.  
 1. Mach. 13. hoc est, Infanus, dici meruit, posuit  
 g. 14. f. præsidium gentium: vnde tempore  
 Machabæorum diu multumque Iu-  
 dæos afflixit. Quas cum Simon Ma-  
 chabæus fame ad deditiõnem compu-  
 lisset, arcemque ab idolorum fordi-  
 bus mundasset, intrauerunt in eam  
 cum ramis palmarũ, cymbalis, nablis,  
 hymnis & canticis: & collocauit in ea  
 viros Iudæos ad tutamen ciuitatis &  
 regionis. Nunc verò eius ruinæ tan-  
 tum visuntur.

CAR-

4.

**C**ARCER REGIVS, cum turri excelsa, quæ eminebat domo Regis. In hoc carcere Ieremias, eò quòd urbem capiendam prophetaret, fuit clausus: & tandem ex eo capta vrbe, per Nabuchodonosor liberatus est.

*Neem. 3. f.  
Ierem. 32 a.  
39. 6. 40. a.*

S.

**C**ÆSAREVM, & AGRIPP-PIVM. Regia domus, quam Herodes Aſcalonita in ſuperiori ciuitate ſibi extruxit: ædificauit enim in regia ſua duas ædes maximas ac pulcherrimas, marmore & auro fulgentes, quibus ne templum quidem vſquam conferri poſſet, eaſque Cæſaris Auguſti, & Agrippæ generi eius, ſuorum amicorum vocabulis, vnam Cæſaream, Agrippiam alteram nominauit.

*Ioseph. 15.  
ant. 11. & 1.  
bell. 16. &  
6. bell. 6.*

E

COENA

## 6.

*Matt. 26. b.**Mar. 14. b.**Luc. 22. b.**Ioan. 13. 4.**Luc. 24. f.**Ioan. 20. e.**Ioan. 20. f.**Act. 1. b. c. 2**4. c.**Hiero. 10. 1.**epist. 27. ad**Eustoc. vii.**& to. 3. epi.**1. ad Paulin.*

**C**OENACVLVM SION, situm circa medium montis Sion, magnum, stratum, & ornatum erat. in quo Christus in vltima Cæna agnum Paschalem cum Apostolis comedit, eorum pedes lauit, & mensæ accumbens sub panis viniq̄ue speciebus corporis & sanguinis sui sacramentum instituit. Inibi die resurrectionis (ianuis clausis ingressus) stans in medio discipulorum, eis sui lateris, manuū & pedum vulnera conspicienda præbuit, & coram illis comedit: deinde inflando dedit eis Spiritum sanctum, simul & potestatem remittendi & retinendi quorumcunque peccata. Octauo post die hic Thomæ Apostolo lanceæ & clauorum vestigia videnda & palpanda exhibuit. Isthic & post ascensionem Domini Matthias in Iudæ proditoris Apostolatū forte subrogatus est. Ibidem die Pentecostes Spiritus sanctus vehemētium sonitu, ignearum linguarum specie

LOCI MONTIS SION. 49

specie super centum viginti credentes descendit: ac prima Petri concione ter mille Iudæi conuersi sunt & baptizati. Ibidem Iacobus frater Domini, cognomento Iustus, primus Hierosolymorum episcopus ab Apostolis est creatus: atque Stephanus, & reliqui sex, diaconi sunt ordinati. Ibidem Apostoli primum celebrasse Concilium: & in sua diuisione, Apostolicum Catholicæ fidei Symbolum condidisse videntur.

Eodem hoc loco Helena Constantini Imperationis mater amplissimum longè lateque extruxit templum, in cuius postico Cœnaculum circumclusit. Quo in templo ætate Hieronimi ostendebatur marmorea illa, COLVMNA, cruore Domini infecta, ad quam in domo Pilati vinctus fuit & flagellatus: cuius pars nunc monstratur in monte Caluarix, pars altera olim Constantinopolim translata, nunc Romæ in S. PETRI basilica Vaticana seruatur. Porrò in præfato Cœnaculi loco postea ædificatum est monasterium Franciscanorum siue minoritarum: qui

D

ibi

Niceph. lib.  
2. hist. Eccl.  
cap. 3.

Act. 6 b. 15 a

Niceph. 8.  
hist. Eccl. 30

Hier. tom. 1.  
epist. 27. ad  
Eustoch.

Brocard. iti-  
ner. 6. b.

Breidëb. die  
12. Iul. a. b.

Salig. to. 7. c  
2. & 3. Pasc

die 18. 2. 183.  
184. 227.

ibi per aliquot sæcula diurnis nocturnisque officijs Deo ministrauerunt. Cæterum anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo primo turcæ (Franciscanis in aliud Cœnobium intra urbem translatis) ex eorū monasterio Palatium sibi fecerunt: locumque hunc in tanta habent veneratione; vt non nisi discalceati eum intrent.

7.

*Eccle. 24. b.* **C**YPRESSI montis Sion valde excellentes: quarum liber Ecclesiasticus mentionem facit.

8.

*Ioan. 18. c.*  
*Thren. 3. d.*  
*Breid. 12.*  
*Iul. 4.* **D**OMVS ANNAE Pontificis, foci Caiphæ, in qua Christus ab Anna de discipulis & doctrina sua interrogatus, cum se publicè coram omnibus docuisse responderet, ob id à ministro alapa in maxillam percussus est. Vbi postea fabricatum est templum SS. Angelorum,

LOCI MONTIS SION. 51

gelorum, in quo etiamnum Græci monachi Christiani habitant, & sacris officijs Deo seruiunt.

*Pasc. d. 193.*

9.

**D**OMVS FORTIVM. in qua olim fortes & heroes Dauidis habitabant. vbi etiam, ceu in Palæstra, athletæ & pugiles exercitij causa digladiationibus certabant.

*Neem. 3. d.  
Liran. ibid.*

10.

**D**OMVS B. MARIÆ VIRGINIS, in qua post filij sui mortem cum Ioanne Apostolo habitauit: vbi & eam anno post Christi ascensionem decimo quarto mortis soluisse debetum, atque hinc in cælum migrasse veterum traditiones & scripta habent. Quæ quidem domus deinde facta est Ecclesia B. Mariæ, totius Mundi prima. Qua per Romanos destructa, alia eodem in loco à Christianis constructa fuit. quâ decoram fuisse, eius ruinae hodie etiam probant. ipseque

*Niceph. 2.  
hist. eccl. 3.  
& 21.*

*Eusebius in  
chronic.*

*Vuilhe. Tyr.  
bell. sacri. lib*

*8. cap. 5.  
Bleid. 12.*

*Iulij. 4.  
Sal. 10. 7.*

*ca. 2.  
Pasc. d. 181.*

D 2 locus



52. LOCI MONTIS SION.

locus, ne vlla maculetur immundicie, stratis ordine lapidibus adhuc cingitur.

II.

*2. Reg. 11. a.  
23. d.*

**D**OMVS VRIAE, vnus ex fortissimis militib. Dauidis. cuius vxor Betfabee in fonte (qui etiamnum ibi ostéditur) sese lauans, sua pulchritudine Dauidem, è solario domus Regiæ ipsam conspicientem, pellexit ad adulteriũ.

12.

*Iose. 6, bel. 6*

**F**ORVM SVPERIVS. à quo & superior ciuitas aliquoties forum superius vocabatur.

13.

*Act. 21. g.  
22. a.*

**G**RADVS ARCIS seu castri. in quibus stans Paulus Apostolus, pro se causam dixit.

14.

*Nem. 3. d  
12. 6.*

**G**RADVS SION. per quos in ciuitatem Dauid ascendebatur.

*Iose. 15. anti.  
11. 14.*

15.

*4. Reg. 21 d*

**H**ORTVS REGIS, qui & Hortus

## LOCI MONTIS SION. 53

Hortus Oza dicebatur. in quo Manasses & Amon reges Iuda sepulti sunt. *Neem. 3. d.*

### 16.

**M**ELLO VORAGO ac *Basil. Herol*  
vallis profunda & lata valdè, *1. bell. sacr. 8*  
quæ montem Sion à ciuitate  
inferiori discernebat: atque à *Broc. itin. 6.*  
porta aquarum, occidentem versus  
vsque ad portam piscium extendeba-  
tur. Ab hac voragine Dauid mon- *2. Reg. 5. b.*  
tem Sion per gyrum ædificauit ac mu- *1. Par. 11. b.*  
niuit. Huius concauitatem Salo- *3. Reg. 9 c. 11*  
mon, vt commoda esset platea, (vnde *e.*  
etiam Platea portę aquarum vocatur) *Neem. 8. ad*  
cœquauit eamque ædificijs ornauit, *2. Par. 32. b.*  
quæ collapsa ab Ezechia restaurata  
sunt. Hic Ioas rex Iuda à suis seruis in  
descensu Sela occisus est. Iosephi aut *4. Reg. 12. d*  
ætate hæc vallis Tyropœon appella- *Iose. 6. bel. 6*  
batur, in quam vt idẽ scribit, domus  
creberrimæ desinebant: eratque latif-  
sima, & habitationibus hominum fre-  
quentissima. Verùm nunc vorago *Bro. itin. 6 b*  
ipsa tota repleta est, relictis tamẽ prio-  
ris concauitatis vestigijs.

## 17.

*Neem. 3. e**Mat. 26. a. f**27. a.**Mar. 14. a. e**15. a.**LUC. 22. a. f.**23. a.**Ioan. 18. e.**Pasc. d. 19. 4**Thren. 3. d.*

**P**ALATIVM CAIPHAE, & summi cuiusque Pontificis, amplum & angulare. in quo habitavit olim Eliasib sacerdos magnus. In hoc palatio Iudæorum Principes congregati, inter sese consultabant, quomodo IESVM dolo caperent & occiderent: quibus ibidem à Iuda triginta argenteis est venditus. Postea etiam à Petro hic ter est negatus, & coràm Caipha in sacerdotum & seniorum Concilio à falsis Iudæorum testibus accusatus. quibus cum nihil responderet, à Pontifice adiuratus, vt diceret, an esset *CRISTVS DEI FILIUS*, cum id confiteretur, quasi blasphemiae conuictus, Pontifice à Concilio sententiam exigente, sexaginta sex (vt scribunt) seniores condemnauerunt eum esse reum mortis: & respondentes dixerunt, *REVS EST MORTIS*. Quapropter mox à ministris in faciem est conputus, oculis velatus, palmis pugnisque cæsus, & prophetizare iussus, ac tota nocte varijs modis illusus, multisque blasphem.

LOCI MONTIS SION. 55

mijis vexatus. Nullus mortalium in hac vita cognoscet, quæ quantaque hinc nocte illa perpeffus fit, Mane verò iacto Iudæorum principes hinc rursus conuenerunt, ut eum morti traderent: vincumque abduxerunt, ac tradiderunt Pilato Præsidi. Hoc loco postmodum Helena Imperatrix Petro Apostolorum Principi pulchrum constituit templum, quod posteri S. Saluatoris nuncupauerunt. idque nunc Armeni professione Christiani tenentes, sua in eo sacra Deo peragunt.

Niceph 8 hi  
stor eccl. 30.  
Breid 12 Iul  
a.  
Sal. to. 7.  
ca. 2.  
Pasch d 194  
195. 196.

18.

PISCINA SION. quæ grandi opere constructa est.

Neem. 3 d.

19.

PONS SION. quæ per vallem è ciuitate superiori ad templum transitus erat.

Iose. 15 ant.  
14. & 7. bell  
13. 15.

20.

PORTAE SION. quas diligit Dominus super omnia tabernacula Iacob

Psal. 86. a.

D 4

POR-

## 21.

*2. Par. 23. d.*

**P**ORTA SUPERIOR. per quam Ioas, cum in templo Rex Iuda esset coronatus, Iudeorum Principibus stipatus, in Palatium regum Iuda ductus est.

## 22.

*3 Reg. 26 11**g. & ceter.**2. Par. 24.**d. & 26 d.**Neem. 3. d.**Iose 7 ant 16**& 13 ant. 15**& 16 ant. 7**Act. 2. e**Nicep 8 bist**eccl. 30**Breid. 12.**Iul. a**Salto 7 ca 2**Pasc. d. 184*

**S**EPULCRUM DAVIDIS, una cum agrum Regalium sepulcrorum, quod in ciuitate David magnifice in sublimi collocatum erat. in quo ipse Dauid, Salomon, alijque Reges Iuda, item Ioiada Pontifex, sepulti sunt. In hoc monumentum Salomon in sepultura patris sui Dauid maximas intulit diuitias. Quod postea Hircanus Pontifex & dux aperiens, tria milia talentorum argenti inde extulit. Postmodum vero Herodes Ascalonita, Iudeorum rex, & ipse auferens ex eo thesauri vim magnam, cum flamma inde exiliens duos satellites eius extinxisset, ab incepto destitit: & ad expiandum se, ipsum monumentum candido marmore,

re,

LOCI MONTIS SION. 57

re ornauit. quod longo tēpore ibi per  
manfit. Vbi poſtea Saraceni eccleſiam  
ſibi conſtruxerunt, quę etiam num ex  
tat: locum quę hunc mirè colunt ac  
venerantur: nec Chriſtianorum quen  
quam illuc introire permittunt.

23.

**S**EPULCRUM S. STE-  
PHANI protomartyris, Nico-  
demi, Gamalielis præceptoris  
Pauli Apoſtoli, & Abibonis filij  
eius. quorum corpora, cū plus mi-  
nus trecentis ſexaginta annis prope  
Hierofolymam, in valle (vt videtur)  
Ioſaphat, in obſcuro ac ſordido loco  
iacuiſſent, ſub Honorio Imperatore  
cæleſti reuelatione monſtrata, inuen-  
ta, effoſſa, & ſuaui odore fragrantia,  
non ſine miraculis ſumma celebra-  
te hīc prope Cænaculum & vrbis mœ-  
nia honeſtiùs tumulata ſunt.

*Act. 8 a. 5.  
f. 22: a  
Beda in mar  
tyrol.  
Breni. Rom  
Vuilhel. 8  
bell. ſacr. 5  
Breid. 12.  
Iul. a  
Sal to 7 ca 2  
Paſc. d 18. 4*

24.

**T**ABERNACULUM SION,  
pellibus tectum, quod Dauid  
rex fecit, & in colle montis Sion, qui  
D 5 Gabaron

*2 Reg. 6 c 7  
a.  
1. Par 16. d.*

58 LOCI MONTIS SION.

*Hierō. ibid.*  
*3. Reg. 9. a.*  
*2. Par. 5. a.*  
*Iose 7 ant. 4.*  
*Breid. 12.*  
*Iul. a.*  
*Pasc. d. 184.*

Gabaon, collocavit, ac in eo arcam Domini maxima veneratione reposuit. constituitque sacerdotes & leuitas, qui iugiter per singulos dies, & vices suas coram arca Deo ministrarent. quæ annis quadranginta quatuor ibi mansit: donec à Salomone in templū transferreretur. In ibi & Dauid pro adulterio & cæde Vriæ agens pænitentiam, septem Psalmos, quos pænitentiales appellamus, composuisse dicitur. Vbi modò Indiani claustrum sibi fecerunt: in quo, ritu suo, Christo feruiunt.

25.

*Zac. 14. c.*

TORCVLARIA REGIS. In quibus Regium vinum exprimebatur.

SECUNDA PARS VRBIS.

26.

*Psal. 9. c.*  
*72. d.*  
*Zach. 9. b.*



ILIA SION, sic appellata, quòd è mōte Siō velu nasci videbatur; que & CIVITAS INFERIOR vocabatur, altera vrbis pars